



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 46. Rustici ad bellum & seditionem a Müncero concitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

**Secl. XVI.** **A.C. 1523.** ctrina condemnet. Ceterum Storchius, & Müncerus, cum se undique laceffiri cernerent, Wittembergæ excedere compellebantur. Incertum, quo fato obierit Storchius: Müncerus vero Alftadium in Thuringia feſe recepit, ubi ingentem Sectatorum numerum ſibi conciliauit. Verum Saxonix Elector, cujus imperio urbs dicta ſubiacet, rem edoctus, ac funeſtos hujus novitatis exitus pertimeſcens, naſcenti malo ſeſe oppo-  
nere ſtatuit, ne ejuſmodi ſecta in ditio-  
nibus ſuis indies magis invaleſceret, nec tamen alia ſeveriori, quam expulſio-  
nis pœna Müncerum caſtigavit; unde is ubique ſecum fanaticæ doctrinæ ſuæ abominationem deferebat.

## §. XLVI.

*Ruſtici ad bellum & ſeditionem a Müncero concitati.*

Præterea Müncerus ex ſuis diſcipulis quamplurimos per univerſam Germaniam mittebat, qui ruſticos ad ſeditionem, bellumque adverſus eorum Dominos movendum incitarent. Imo ipſus in Helvetiam perrexit, inde in Sueviam delatus, totam Germaniam ſuperiorem perverſo ſuo dogmate emenſus eſt, poſtea Norimbergæ Muhlhuſam Thuringiæ urbem venit, ubi quorundam, quos



quos ibi habebat, discipulorum opera, publice docendi munus obtinuit; cum vero ibidem Magistratus ei parum fa-  
 veret, tanta apud populum auctoritate valuit, ut novus Magistratus crearetur, ac ipsemet illius membrum fieret. Hoc impetrato Monachos expulit, monasteria & Abbatias occupavit, ac ferme solus Regininis curam sibi vindicavit. Populus hunc Fanaticum velut veritatis oraculum excipiebat, cunctaque ab eo dicta exacte in usum deducebat, atque in cæco hoc obsequendi studio potissimum ab illo obfirmabatur ex eo, quod doceret, bona singulis esse communia, cunctosque homines liberos, nulliusque dominio obnoxios existere, imo Dei voluntatem esse, quod non ultra populus Dominorum oppressiones, & Magistratum injustitias toleraret, cum tempus adventasset, quo Deo placuisset Münce-  
 ro præcipere, ut exterminatis iis probos homines subrogaret.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1523.

Hist. de  
 Anabap. im-  
 primee en  
 1700. a Amst.

§. XLVII.

*Zwinglii progressus in urbe  
 Tigurina.*

Haud segnius hæresin suam in Helvetia dilatabat Zwinglius, ac Lutheri exemplo animatus in sermonibus suis impugnabat Indulgentias, Sanctorum  
 invo-

Sander.  
 Hæres. 209.